



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 65. Rex suum scelus coram Morosino Legato vindicare conatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI.
A.C. 1588.

Regis nomine jubebant, nihil ab eo ob-
tinere poterant, quippe Lugdunensis
hic Archiepiscopus Bellovacensem ita
alloquebatur „aut tanquam Episcopus
„huc venisti, ut me interrogares, aut
„tanquam Comes, & Par Franciæ: si
„ut Episcopus, nullum Episcopo in
„Archiepiscopum Primatem jus es-
„se scis, si ut consiliarius Regius, sa-
„cras personas coram civili Magistra-
„tu non teneri respondere, non ignoras:
„itaque nullo casu ad id, quod petis,
„jure cogi possum: proinde Regi renun-
„tia, non æquum esse, ut is, qui mihi vi-
„tæ gratiam fecit, vim conscientiæ,
„quæ mihi vita charior est, afferri pa-
„tiatur.,” Henricus Rex hac Archi-
præfulis constantia exacerbatus ideo
eundem, eoquod reus esset, respon-
sum denegare arbitrabatur, hinc fru-
stra pro eo deprecante Barone Luzo
nunquam illum libertati reddi voluit,
sed ad arcem Ambrosianam unacum
Borbonio Cardinale, Ellebovio Duce, &
Jonvilla Principe captum abstrahi iussit.

§. LXV.

*Rex suum scelus coram Morosino Le-
gato vindicare conatus.*

Rex probe prospexit, quod summus *Vita Card.*
Pontifex ob iniquam Guisii Cardi- *Mor. l. 3.*
nalis cædem ad justam indignationem *c. 18.*

Rr 2

con-

Sæcul. XVI.
A.C. 1588.

concitaretur, & Fœderati hac oppor-
tunitate usi ultionem cum majori rabi-
paraturi essent, hinc die dominicæ Na-
tivitati sacra datis literis Morosino Car-
dinali Papæ Nuntio hæc perscripsit
„Rex sum, quocirca me ab aliis offensa
„deinceps haud ultra tolerabo, sed on-
„nes, quicumque auctoritatem mea
„aggredi præsumunt, vindictam mea
„sentient, hoc ratum, fixumque mihi
„est.„ Altera die huic Nuntio pro op-
loquii opportunitate diem vigesimo
Decembris assignabat, qua Morosino
protinus accedenti Rex præprimis pro-
ponebat causas, quibus suam auctori-
tatem restaurare permotus fuisset
postea hæc subjunxit: „id impetra-
„non potuissim. nisi ad extrema dev-
„nissim: de cetero mihi persuasum ha-
„beo, quod hac in re secutus sim illu-
„consilium, quod ipsamet Sanctitas su-
„perLuxemburgium, qui id ipsum sæpe
„coram Joyosa Cardinale repetiit, mihi
„significari fecit, ut nimirum a me
„subditis obedientiam exigam, eosque
„qui me offendunt, plectam: ego
„tem nunc hostium meorum consilia
„præverti, cum illos prius trucidari ju-
„porro hac ratione proprium meum ex-
„dium aliena cæde redemi: fateor equi-
„dem, quod hac in occasione juris rem-
„dia adhibere neglexerim: attamen pro-

Sæcul. XVI.
A.C 1588.

„fentes rerum viciffitudines ad hanc
 „viam recurrere prohibuerunt.„ Hanc
 frivola Regis excufationem Legatus
 tranquillo admodum animo excipiens
 nequidem mentionem de Guifii Ducis
 cæde fecit, fed unice hæc reposuit:
 „Te admonere cogor, quod, quamvis
 „Guifium Cardinalem reum effe fingas,
 „aut talem reipfa fuiſſe credas, nihilo-
 „minus ob facrilegam hanc necem tu
 „æque, ac omnes illi, qui tua juffa
 „executioni dederunt, aut tibi ad tam
 „enorme facinus confilio, vel affenſu
 „præſto fuerunt, cenſuras incurreritis,
 „quæ latæ ſunt in Bulla, quæ incipit:
 „in cæna Domini: ergo ad Papam tibi
 „eſt recurrendum, ut a tuo ſcelere ab
 „eodem ſolvaris; ſolus enim ille tibi
 „hanc veniam indulgere poteſt: in-
 „terea ab ingreſſu Eccleſiæ abſtineas.„

Rex hac Præfulis declaratione at-
 tonitus hæc in reſponſis dabat: „Nullus
 „Princeps ſubditos ſuos etiam Eccle-
 „ſiaſticos puniendi jure privatus exiſtit,
 „ſi hi læſæ Majæſtatis rei de hoc cri-
 „mine convicti ſunt, præcipue dum
 „propria Principis vita periculo expoſita
 „eſt: hanc autem ob cauſſam me cen-
 „ſuris haud ullis irretitum exiſtimo.„
 Enimvero Rex in Eccleſia ſancti Sal-
 vatoris unacum Ordinis ſancti Spiritus
 Rr 3 Equi-

Sæcul. XVI. Equitibus die prima anni sequentis
 A.C. 1588. publice ad sacram Synaxin accedere
 præsumebat.

§. LXVI.

*Tumultus Parisiis ob horum cædem
 fœderatis suscitati.*

Thuan. l. 93. Fœderati, cum Regem ad mitiora le
 Mem. de lutaribus monitis flecti desper
 l'Etoil t. I. rent, modis consuetis medium qua
 pag. 260. rere satagebant: altera igitur die post
 Nativitatis dominicæ Festum in Par
 siensis Urbis Prætorio cives convocant
 ipsumque Harlæum primum Præsidentem
 & Thuanum alterum Præsidentem adesse
 jubent, qui tamen, cum Regi nimium
 addicti essent, iniquo ferebant animo
 quod hi seditiosi adversus suum Princ
 pem tot injurias evomerent, ac nil
 vindictam spirarent, & mutuo se
 ad novam armorum societatem
 Religionis, ac publicæ quietis tue
 dæ obtentu hortarentur, ruptisque
 moderationis repagulis se effren
 admodum licentiæ dederent. Tu
 etiam hi Aumalium Ducem, qui tu
 Parisiis agebat, in Urbis Gubernat
 rem nominant, sexdecim autem illi
 viri in Regionum, & Politicorum ædifici
 cuncta sedulo perscrutabantur, auct
 que furore, ubi vix crudelem Cardina
 lis Guisii cædem compererant, vocifer
 rabant